

Camera.



FRidericus ex illustri familia comitū à Leuvenstein natus est, anno 1529. patrem habuit illustrē comitem Fridericum, atq; matrem Helenam ex illustri familia à Künfseck prognatam. Ab ijs parentibus Fridericus à teneris annis honestè educatus, & in omnis generis uirtutibus institutus fuit. Cum uerò domi prima literarū fundamenta locasset, Salisburgum ad Matthæum eruditum Cardinalem missus est, ut & ibidem uirtutes coleret, atq; aulicorum uitas cognosceret. In eo loco per triennium commoratus est. postea anno 1541 aliquando Brixia & Tridenti uixit, atq; deinde in Burgundiam profectus, liberalibus studijs operam dedit. Erat enim felici ingenio & naturali prudentia insignis. Cum hoc modo egregiam eruditionem nactus esset, in Bauriam redijt, atque per quinque annos apud Ernestum prudentem principem Monachij permansit. Is Fridericum mirum in modū dilexit, atq; sæpius res magnas ei expediendas commisit. Cum hoc modo ad uicesimum quintum ætatis annum peruenisset, præter expectationem 2 Octob. 1554 in Camera Imperiali Spiræ præsidis locus ei assignatus fuit. In eo officio cum magna integritate pergeret, tandem anno 1561 Iudex ab Imperatore constituitur.

nim felici ingenio & naturali prudentia insignis. Cum hoc modo egregiam eruditionem nactus esset, in Bauriam redijt, atque per quinque annos apud Ernestum prudentem principem Monachij permansit. Is Fridericum mirum in modū dilexit, atq; sæpius res magnas ei expediendas commisit. Cum hoc modo ad uicesimum quintum ætatis annum peruenisset, præter expectationem 2 Octob. 1554 in Camera Imperiali Spiræ præsidis locus ei assignatus fuit. In eo officio cum magna integritate pergeret, tandem anno 1561 Iudex ab Imperatore constituitur.